

DISSERTATIO EXEGETICO-THEOLOGICA,

DE

ANGELOPHANIA
AD SEPULCRUM CHRISTI

QUAM

CONSENSU MAX. VEN. FACULT. THEOL.
AD IMP. ACAD. AB.

PRAESIDE

MAG. GUSTAVO GADOLIN,

S. S. Th. Doct. Prim. Theol. Prof. Archi-Præp.
de S:t Wolodimiro in IV Classe Equite

PRO CANDIDATURA THEOLOGICA

Publico examini modeste subjeit

BENJAMIN FROSTERUS,
Phil. Mag. Ostrob.

In Auditorio Theologico die XVII Junii MDCCCXX.

h. a. m. s.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

VICARIO
PRÆPOSITI IN CONTRACTU BRAHESTADIENSI,
PRÆPOSITO HONORARIO ET PASTORI IN
KALAJOKI,
JOHANNI FROSTERO,
DE S: T WOLODIMIRO IN IV CL. EQUITI,
PARENTI OPTIMO,

In gratissimi animi significationem

SACRUM

D. V.

filius devotissimus

BENJAMIN FROSTERUS.



Post mortem tristissimam cum redivivus ex sepulcro progrederetur & denuo se in terris conspiciendum præberet Salvator noster sanctissimus, angeli de cœlo, resurrectionem ejus quasi celebraturi, descenderunt & non solum custodibus ad sepulcrum constitutis, verum etiam mulieribus quibusdam apparuerunt. Hæc angelorum apparitio eo magis se commendandam nobis obtulit, quod a doctissimo quoque EICHHORNIO, alio quamvis consilio, eandem tractatam & disquisitam reperimus. Quare, ut & ratio rei & indoles disquisitionis EICHHORNIANÆ facilius percipiatur, ejus quidem disputatio, paucis comprehensa nostræ præmittatur, ut nobis filum sit quasi Ariadnæum. Cum igitur, sic disputat EICHHORNIUS a), tertio die

1

a) Vide ejus *Allgemeine Bibliothek der biblischen Litteratur. Des Achten Bandes Viertes Stück* p. 629 ss. Ne superstitiosus videatur Angelophaniarum scilicet probabilitatem assumendo, hanc annotationem subjicit: "Wer sich die Erscheinung der Engel nach den Vorstellungen des Zeitalters erklären will, der kann zwar Recht haben. Allein hier kommt es nicht darauf an, was man sich von Engelsercheinungen denken kann und muß, sondern wie die Schriftsteller erklärt seyn wollen. Diese wollen aber, wie der Buchstabe lehrt, Engel andeuten. Also müssen wir sie auch nach ihren Aeusserungen und ihrem Glauben interpretiren, und wahre Engelsercheinung annehmen."

illucescente ex mortuis surrexisset Jesus, obstupefacti aufugiunt custodes &, in urbem reversi, quæ viderant Pontificibus & Pharisæis exponunt. Paulo post mulieres quædam ad unguendum Jesum adventant, quarum una erat Maria Magdalena; cum autem eminus jam observasset reclusum sepulcrum, refilit hæc, aut gaudio, aut dolore attonita & ad Petrum Johannemque acciendos in urbem recurrit. Accepto inopinato hocce nuntio, tanta festinatione hi iidem Apostoli in hortum, ubi conditum erat corpus domini, pergunt, ut eos comitari nequiret, sed tum demum ad sepulcrum perveniret Maria, cum inde jam illi discessissent. Unde itaque perspicitur, eum fuisse temporis ordinem, quo angelophoniæ hujus testes ad sepulcrum essent, ut primum angelos viderent mulieres, excepta Magdalena; deinde vero eadem Magdalena, quæ tum ceteris mulieribus, tum Apostolis ferior accessit. Cum autem sic constet, mulieres istas quæ *ante* Apostolos sepulcrum lustrarent, Mariamque Magdalenam quæ *post* ipsos istuc perveniret, angelos adpexisse, sed Apostolos non nisi inane sepulcrum vidisse; ex his colligere non dubitat EICHHORNIUS, nullos angelos apparuisse neque apparere potuisse.

Hæc diligenter reputantibus simulque cel. EICHHORNI multiplicem doctrinam & eruditionem, quantumque de literis sacris meruerit considerantibus, in diversas partes nobis distrahitur animus; re ipsa vehementer nos ad resistendum EICHHORNIO invitante, auctoritate vero nominis non parum inde deterrente. Cum autem cujusque officium sit, quantum fieri possit, veritatem ubivis investigare, persuasum nobis habemus, L. B., te audaciæ vel temeritatis vitio nobis non esse versurum, quod specimen Academicum meditantibus, decreverimus, disputationem istam laudati scriptoris pro modulo virium examinare, ut facilius forsitan appareat, an juste nec ne conatus sit fidem hac in re Evangelistarum infringere.

Non igitur dubitat EICHHORNIUS, nullos angelos apparere potuisse. "Mulieres enim", inquit, omnium primæ ad sepulcrum perveniunt & angelos vident *b)*; deinde venit Johannes & Petrus, *c)* qui vero nullos vident; appropinquante autem Maria Magdalena, *d)* rursus apparent angeli: qui igitur factum est", interrogat, "ut solum mulieres, quæ ante Apostolos & post Apostolos venirent, angelos animadverterent, non autem Apostoli"? Eum vicissim interrogamus, an prorsus necessarium fuerit, ut nuntii hi coelestes etiam illis apparerent? Audax, immo temerarium est, homines finitos de rebus infinitis sibi arrogare iudicium, & rationi, in rebus etiam circa nos positis haud raro insufficienti, de iis quæ supra nos sunt collocata, cœlestia, quarum minima nobis contingere potest notitia, nimis confidentes sententiam ferre. Quis pro certo contendere potest, consilium Dei non fuisse, ut nulla ex angelorum ore Apostolis traderetur de resurrectione Jesu notitia, aut quis vere affirmare potest, angelos etiam illis necessario se conspiciendos præbere debuiste, quoniam quidem illorum & paullo ante adventum & paullo post abitum se manifestaverim? Sapiens quisque sensibus huiusmodi fovendis sese abstinerebit. Cum tot tantisque ex causis narrationibus & institutionibus Evangelistarum fidem præbere & possimus & debeamus, in omnibus necesse est, hæc fides præstetur, non in quibusdam solum earum partibus; non itaque in iis solum rebus, quæ nostris studiis votisque respondeant vel perspicuitate sua se commendent, verum in illis etiam quæ voluntatibus & cupiditatibus nostris adverseant aut sublimitate sua rationem transcendant *e)*. An in consiliis

b) Matth. 28: 2. 5. ss. Marc. 16: 7. ss. Luc. 24: 4. ss.

c) Joh. 20: 1-10.

d) Joh. 20: 11. ss.

e) "Nam nimis crebro falsa & ridicula numeramus, quæ tamen, re-

Dei fuerit, gloriam filii sui dilecti & victoriam, quam ex morte referret, Mariæ ore declarare, ut olim ad contemptum & mortem turpissimam eum ex alia Maria in mundum nasci voluerat, id neque affirmare neque negare audeamus, quippe qui consiliorum Dei peritiam atque scientiam non profitemur. At vero angelophaniam hanc rejicere, si vel nunquam explicari possit, qua de causa solæ mulieres ejus participes factæ fuerint, valde temerarium judicamus, præsertim si consideramus qua ratione eandem compererint. Non oculis tantummodo eandem illis cernere licuit, verum etiam auribus angelorum præsentiam percipere. "Ne timeatis", dixit illis solati plena angelica vox, scio vos Jesum cruci adfixum quærere. Non est hic amplius, sed surrexit quemadmodum prædixerat; inspicite locum quo jacuit dominus. Festinanter abeuntes renuntiate Apostolis, surrexisset eum ex mortuis: præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Ecce, dixi hoc vobis" f). Unde, quæso, singuli Evangelistæ narrationem hanc depromississent, tam uno fere ore repetissent, nisi mulieres, ex sepulcro redeuntes, talia & vidisse & audisse semet affirmassent; & unde mulieribus mira hæc res oblata fuisset verbaque hæc audita, nisi re vera angelus oculis ipsarum contemplandum se præbuisset, auribusque ipsarum haurienda verba fecisset? Nulla certe re facilius in fabulas atque nugas commutantur Scripta nostra Sanctissima, quam eadem interpretando secundum desideria

bus omnibus certiori judicio ponderatis, vel hoc solum nomine improbare consuevimus, quod, vera esse, nostro usu non didicimus, vel aliis de causis negamus, quæ accuratius exploratæ, præcariæ ipsæ sunt; vel denique totum facile rejicimus, quod non tam ipsum ex toto falsum esse intelleximus, quam cum ejusmodi adjunctionibus vulgo credi vidimus, quas falsitatis arguere quidem facile possumus, sed quarum nihil in scripturis traditur." D. GOTTL. CHRISTIANI STORR *Opuscula Academica*. Vol. I. p. 78—9.

f) *Matth.* 28: 5. 6. 7. *Cfr.* *Marc.* 16: 6. 7. *Luc.* 24: 6. 7. *Joh.* 20: 13.

& studia sæculi ultimum præterlapſi et ea, quæ talem interpretationem non admittunt, dicta & enunciata vel eludendo, vel rejiciendo g). Omnia quæ cum vita quotidiana & uſu communi non conſentirent, tanta feſtinatione & aviditate denegare conſueverunt hujus sæculi homines, ut ne conarentur quidem ſemper ostendere, qua ex parte cum ratione pugnant; hoc ſatis illis fuit ſuperque, quod conſtaret, hæc enunciata & præcepta ſtudiis ipſorum non favere, vel tantæ perſpicuitatis non eſſe, quantæ eſſe ſolent res communi experientię ſubjectæ. Haud intellexerunt hi iidem commentatores, res & ad vitam & ſtatum poſt mortem maxime pertinentes, gravisſimas, ita eſſe conſtitutas & comparatas, ut non tam ratione intelligi poſſint, quam ſenſu religionis & fide percipi h). Quid igitur potius accidere potuit, quam ut illud idem

g) "Se! det beſanns plötsligen, att världen i årtuſenden årligt trott på idel orimligheter, och det adertonde ſeklets menniskor ſtode förundrade upp och berättade denna nyhet för hvarannan. Och det hafve vi förſt ſett! tänkte man. Och ſåledes åro vi viſare än de alleſammans! tänkte man ſedan. Fördomens bojor åro brutna, Vetenskapen ligger ej mer i det Scholaſtiſka grålets lindor, tankan år nu allmän och fri, mörkret flygtar för upplyſningens morgonrådnad; hvilken hop af villfareller ſkola vi ej antända med deſe ſäckla och offra åt förgångelſen och åtlöjet! Sådant blef allt mer och mer allmänna tänkeſättet. Och derpå gick man öfvertrudet till arbetet. Man tviflade ſå ſkarpt i Religionen, och fann i haſt en ſådan mängd orimligheter, att af den blott gånka litet återſtod, ſom kunde njutas af en upplyft menniska; likväl med varſamhet, ſå att man kunde vara på ſin vagt mot alla anfall af den gamla ventron." *Om falſk och ſann upplyſning med afſeende på Religionen.* p. 26.

h) Difficillimum certe erit, ei exiſtentiam Dei & immortalitatem animi ostendere, qui nullam hæc veritates percipiendi facultatem poſſideat. "Aber ſo wenig jener Europæer dem Oſtindiſchen Fürſten darthun konnte, daſs Eilüſe hart werden könnten, ſo wenig kann der Religiöſe dem, der den Sinn für eine Gottheit noch nicht entwickelt oder verloren hat, eine begreifliche Rechenschaft von

saeculum quod hoc sensu careret, Jesum redderet merum scientiae moralis magistrum, ejusque doctrinam nihil esse praedicaret, nisi opus humanum, cui fere quisque quod sibi liberet, vel addere vel adimere posset? Sic EICHHORNUS tollere voluit angelophaniam, de qua hic agitur, quod non intelligeret, cur Johanni & Petro aequae ac mulieribus non contingerit. Quis autem argumentationem hanc sufficere pataverit? i)

seinen Gefinnungen und Empfindungen ertheilen. Sind deswegen aber, weil man dem ununterrichteten Südstaten keine befriedigende Beweise geben kann, unsere Flüsse im strengen Winter nicht gefroren? Sind deswegen die Religiösen Natren und Schwärmer, weil sie von ihren Gefinnungen und Empfindungen keine für jeden begreifliche Rechenschaft geben können? Die Gottheit verschwindet in dem Augenblicke, wo man sich ihr in der Absicht nahet, um sie zu sehen und zu begreifen. Der Nebel des Herbstes ist da, wo wir stehen, leicht und durchsichtig; zehn Schritte weiter vorwärts erscheint er dicht und handgreiflich. Immer entweichend dem Vorwärtz, hiebei die Gottheit dem Redlichen, der in seinen edelsten Bestrebungen und Wünschen ihr Daseyn als nothwendig empfindet." *Studien, herausgegeben von CARL DAUB und FRIEDRICH CREUTZER. II. Band p. 13—4.*

- i) Sublimen sensum continent verba Salvatoris apud Marcum C. 10: 14, 15. Data hic occasione legantur quae cel, DAUB de studio Theologiae disputat; bene enim verba ejus nobis videntur explicare, quid a justo Bibliorum interprete requiratur. "Was nun das Verhältniß eines Kindlichen Gemüths zum Studium der Theologie betrifft, so läßt sich leicht darthun, daß, wer ohne kindlichen Sinn ist, Theologie zu studiren, schlechterdings unfähig sey. Nämlich: die eigentlich Theologischen Erkenntnisse, welche exegetische, desgleichen Kirklich — und dogmatisch — historische nur in ihrer Gesolge haben, sind keine Erkenntnisse der Reflexion, sondern der Contemplation und Speculation, d. h., in ihnen leuchten die Strahlen der ewigen Wahrheit, nicht wie sie im Selbstbewußtseyn der Menschen (in der Ichheit, der Allgemeinen Menschenvernunft) sich brechen, oder reflectirt werden, sondern, wie sie unmittelbar aus ihrem Centrum, dem Uebersinnlichen, hervorbrechen, und vom Gemüthe im Uebersinnlichen selbst geschauet werden, in welchem

Huc usque assumimus Johannem & Petrum re vera ante Mariam Magdalenam ad sepulcrum venisse; sed, ut quod cuperet assequeretur, posuit hoc pro arbitrio EICHHORNIUS, neque probavit: e contrario vero probabile reddi posse putamus, Apostolos non ante sed post Mariam venisse, eamque jam, cum advenirent ad sepulcrum, inde rediisse. Uno ore testantur Matthæus, Marcus & Lucas, mulieres primum, summoque mane in hortum, ubi sepultus esset Jesus, abiisse, Mariamque Magdalenam unam inter illas fuisse. Quæ vero, cum eminus jam observasset devolutum ex foribus sepulcri faxum, narrante Johanne, discessit e sociis &, quod viderat, ad Apostolos nuper commemoratos retulit *k*). Johannes igitur, qui unus hanc rem attingit, in quæstione præsentis ali-

Schauen eben das Wesen und die Dignität der Contemplation besteht. Nun ist aber das Kindliche seiner Natur nach ein contemplatives Gemüth, seine Empfänglichkeit also für das Licht der ewigen Wahrheit, d. i., für die Offenbarung, eine lautere und Ungetrübte. Der Mensch folglich, der Kindlichen Sinn hat, wird im Erforschen des Göttlichen *sich selbst* auf keine Weise in Anschlag bringen; ihm wird die Resignation auf ihn selbst, obgleich nicht ohne Selbstthätigkeit hervorgebraeht, doch keine künstlich erworbene (als in welcher Reflexion, und die daher nur scheinbar ist), sondern eine natürliche und gleichsam angebohrne seyn, und als solche wird sie sich dadurch beweisen, daß ihm, dem Wiedergeborenen, keine theologische Lehre, Z. B. eben diese von einer geistigen Wiedergeburt, oder die von einem dreieinigen Gott, von einem einzigen Sohn Gottes, einem Erlöser der Welt u. s. w. darum zuwider ist, weil sie *seiner* Denkart, oder dem, was er die Gesetze *seines* und des *menschlichen* Verstandes, oder seiner und der allgemeinen Menschenvernunft nennt, widerspricht, daß er vielmehr, von sich, und der Vernunft im *Endlichen*, abstrahirend, den Inhalt einer jeden durch Contemplation, so große Anstrengung diese erfordern mag, zu erkennen, und indem er ihn erkennt, die Lehre selbst vielmehr *gegen sich* und *seine* Natur, als sich *gegen sie* zu behaupten strebt.¹⁹ l. c. p. 21—3.

A) Joh. 20: 1. 2.

quid lucis nobis largitur. Audita enim re inopinata, festinasse quidem se cum Petro ad sepulcrum affirmat, tempus vero quo id factum fuerit, profus fileat. Unde haud liquet, annon forte aliquantulum cunctati sint, ad abeundum se accinſuri, quoniam scilicet summum mane esset, quo ad iter suscipiendum vulgo vix parati sint homines; neque diserte tradit, an Maria ipsos secuta fuerit, vel prior jam ad sepulcrum recurrerit, illis properantissime, quæ haberet, indicatis. Factum autem esse, ut Apostolis prior abiret, pro certo habemus. Non enim cogitari potest, sollicitudinem istam, qua capta & commota esset Maria, concessisse ei quandam commorandi patientiam; quin potius admodum credibile est, ipsam, relato brevissime nuntio relictisque ibi Apostolis, anxiam mox avo-
 lasse. "Eripuerunt sepulcro dominum & nescimus ubinam illum deposuerint", unum illud erat quod proferre valuit, cujus rei suspicione & metu totus ei impletus erat animus. Cum præterea notam nobis habemus vehementiorem Mariæ indolem & ingenium, simulque in memoriam revocamus, quantam pietatem in Jesum vivum semper ostendisset, facile nobis erit perspectu, quanto dolore & tristitia affecta fuerit cogitando, reliquias etiam carissimas, quæ solæ adhuc superessent dilectissimi Magistri, violentis manibus ablatas esse, & facile sic erit intellectu, quanti ejus interfuerit, quam primum fieri posset, certi aliquid circa gravem hanc rem comperire. Johannes vero, accepto hocce nuntio, quæ ipse fecerat cum Petro, primum denarrat 1), qua absoluta narratione ad Mariam revertitur & secundo loco, quæ ei evenerant, exponit. "Constitit illa", inquit, "ad sepulcrum lacrimas fundens" —
 quamvis

1) Was er selbst und Petrus auf die aufforderung der Maria Magd. that, erzählt Johannes sehr natürlich als das, was ihm das nächste war, in ununterbrochener Folge, wenn es gleich nicht so ganz schnell nach der Aufforderung ausgeführt worden war." *Kommentar über das neue Testament* von H. E. G. PAULUS. Dritter Theil p. 847 — 8.

quamvis in præcedente nullo verbo docuit, quando illuc pervenerit Maria *m*). Quod autem omisit Johannes tempus, quo ad sepulcrum venisset Maria Magdalena, id ipsum ad credendum nos ulterius allicit, ipsam neque cum Apostolis, neque post Apostolos, sed ante eosdem in hortum venisse. Si enim Apostolos comitata fuisset, valde credibile est, Johannem comitati tertio additurum fuisse το "συ αυτη". Quod si post Apostolos ad sepulcrum abiisset, multo minus tacere potuisset abitum ejus, sed ita verum undecimum probabiliter incepisset: Μαρια δε επισθεν ηλθε και ειρηκει προς κ. τ. λ. Quæ cum ita sint, apud Johannem nulla reperiuntur vestigia, Mariam post Apostolos demum ad sepulcrum se contulisse, contra vero, rebus omnibus rite consideratis, multo videtur veri similis, ipsam ante eosdem illuc pervenisse & ante adventum illorum etiam discessisse, cum Apostoli ipsam ibi non observassent. Hinc autem simul sequitur, ambos hos Apostolos omnium *postremos* ad sepulcrum accessisse, unde igitur apparet, qua de causa nullos Angelos viderint. Hi namque, appropinquante Petro atque Johanne, munus sibi demandatum perfererant & in illum locum, unde emissi erant, redierant *n*).

m) "Wie Maria wieder dahin gekommen sey, so dass sie wieder Joh. 20: 11, an der Grust *ειρηκει* hatte sehen können u. s. w. lässt er als leicht begreiflich jeden supplieren. Die eilende war, während Petrus und Johannes erst sich zum Hinausgehen entschlossen und etwa Einer auf den Andern gewartet hatte, schon wieder hinausgelaufen, hatte jene *δυο αυδρας* (Luk.) in weissen Kleidern noch in der Grust sitzend getroffen, war von ihnen befragt worden, hatte alsdann Jesus selbst gesehen, gehört und war, ehe noch Petrus daherkam, aus dem Garten und ohne mit Petrus und Joh. oder mit den andern Frauen zusammenzutreffen, in die Stadt zurückgeeilt, die erste Verkündigerin, dass Jesus sichtbarlich wieder lebe." PAULUS I, c. p. 848.

n) Neque observare poenitebit, iis quæ Luc. 24: 12 leguntur, ut nobis quidem videtur, Apostolorum abitum ad sepulcrum scire

Pro viribus igitur ista rerum ratione sic explicata, ulterius progrediamur. Cum enim, custodes quoque angelum vidisse, objici sibi posse prælagiret animo ECHHORNIIUS, re his duabus præmunita, respondet: primum, "unde", interrogat, "Matthæo innotuit, custodibus angelos apparuisse? deinde "Petrum etiam atque Johannem", autumat, "angelos conspiciere debuisse, si illos conspexissent custodes o). Unde Matthæus sibi notum habuerit, custodes angelum (nam unius angeli mentionem facit Matth.) vidisse, id quidem a nobis dici non potest; sed, tolliturne fides historicorum, quod ignotum sæpe est, unde suam de rebus narratis notitiam hauserint? Ita certe rerum historicarum scientia valde imminueretur, Matthæum vero ex ipsis custodibus hoc accepisse, neque omni, nostro saltem iudicio, probabilitate caret. Cui Centurio ille & milites, qui ad crucem Jesu custodiam agerent, observassent quæ mortis ejus momento acciderent, vehementer obstupuerant & timore perculsi magno, quantumvis Romanæ stirpis & gentilismo addicti, exclamaverant: "erat certissime hic filius Dei!"

incidisse, confirmari. Primo quidem obtutu videtur *Lucas* narrare, tum demum *Petrum* (cum *Johanne* pu^{ro}) abiisse, cum jam ex sepulcro revertissent mulieres & evenius novos cum Apostolis communicassent; qui autem attentius rem consideraverit, intelliget, aliud ex allatis *Lucæ* verbis non sequi, quam ut mulieres ante Apostolos ad sepulcrum abierint. Quæ cum itaque prius abiissent, prius etiam suam de ipsis absolvere vult historiam; hac absoluta temporisque ordine sic rite observato, abitus Petri commemoratur. Apud *Johannem* exstat, mulieres nondum ex sepulcro revertisse cum se illuc Apostoli conferrent; abeuntes enim, de rebus quæ ibi evenerant, oianino non certiores facti erant,

- e) "Mann könnte zwar noch einwenden, daß die Wächter doch Engel gesehen hätten! Darauf läßt sich aber zweyerley antworten. Einmal, woher wußte denn Matthäus, daß die Engel von den Hütern wären gesehen worden? Hatte er es von ihnen selbst erfahren? Ist dies wahrscheinlich? — Dann, wenn die Wache Engel sahe, so könnten sie doch Petrus und Johann auch nicht un-

p). Quid igitur miremur, si custodes (aliine fuerint, an iidem qui antea, incertum,) ad sepulcrum Jesu constituti, omnibus ibi eventibus observatis, magis magisque sibi naturam Jesu sublimiorem & excelliorem persvaserint, & urbem ingressi, quod ipsis apparuerat, publice retulerint? Quid impedit, quominus Matth. ipse inter illos esse posuerit, qui narrationes custodum audisient? Ipsi etiam Pontifices verebantur, ne palam & manifeste narrarent milites quæ adspexerant, eamque ob causam data pecunia illos corrumpere studebant q). Quod

sich bar bleiben. Sind sie aber von ihnen gesehen worden? 1. c, p. 634—5.

p) *Matth.* 27: 54. *Cfr. Marc.* 15: 39. *Luc* 23: 47.

q) Etiam si ipse narrationes militum non audisset Matthæus, facillimum tamen est intellectu, quomodo sibi hoc de re comparare potuisset cognitionem. Ita MICHAËLIS: "Da dis alles (quod Matth. 28; 2—4 narratur) niemand gesehen hat, als die Römischen Soldaten, die bey'm Grabe Wache standen, und diesen Geld für Verschweigung dessen, was sie gesehen hatten, und zur Ausbreitung einer Lüge gegeben war, so könnte man fragen, woher es denn Matthæus wisse? Ich denke die Antwort ist leicht! wol nicht aus unmittelbarer Offenbarung Gottes, sondern durchs Ausplaudern der Soldaten. Ihrer vier waren wol zum wenigsten bey'm Grabe Jesu gegenwärtig, als dis geschah; ein Geheimniß, das vier wissen, wird für blosses Geld nicht lange ein Geheimniß bleiben, am wenigsten etliche Jahre hindurch; der Bezahlte sagt zwar für Geld, was er sagen soll, aber wenn er mit seinen Kameraden guter Laune ist, wann über die wunderliche Erzählung Spafs gemacht, und er gefragt wird, ob sie denn alle so vest geschlafen haben, wenn bey dem Aufsehen, das die Christliche Religion bald machte, viel von Jesu, und dafs er auferstanden seyn solle, geredet wird, so sagt er auch andern im Vertrauen, was er wirklich gesehen hat, die sagen es andern im Vertrauen wieder, und so haben es dann in Verlauf von 8 Jahren (denn früher nach Christi Auferstehung hat wol Matthæus doch nicht geschrieben) auch Christen, auch der Lebensbeschreiber Jesu in *Palästina* erfahren können," p. 113—4. *Ulteriusque circa rem præ-*

vero Johannes & Petrus necessario cernere debuissent angelos, si apparuissent hi custodibus, non sane id ullo jure contendi potest. Si vel ante Magdalenam ad sepulcrum accessissent Apostoli, ne sic quidem probari posset, angelos ipsorum oculos latere non potuisse: quis e. c. istas leges quibus angelorum substantiæ tenentur, exploravit? Angelos vero Apostolis occurrere necessario debuissent, ex eo in primis capite falsissimum est atque rerum seriei repugnantissimum, quod hi eidem Apostoli omnium ultimi ad sepulcrum pervenerint, cum nemini amplius angeli apparerent r). Non quidem ignoramus, cel. PAULUM varia ad infringendam fidem historiæ de custodia hac attulisse; quæ vero ejus sunt argumenta, non

sentem, ita disputat idem cel. Auctor: "Setzt man das Evangelium Matthæi sehr früh, so ist es doch wenigstens acht Jahr nachher geschrieben, schwerlich werden alle Soldaten, blos für Geld, acht Jahr hindurch so reinen Mund gehalten haben, daß nicht ihre Kameraden, vielleicht bey einem Scherz über den ungläublichen Schlaf, oder sonst im Vertrauen, auch wol bey dem Trunk, die Wahrheit erfahren hätten, und so ward mit der Zeit das Geheimniß weiter kund, daß auch Christen, und Matthæus davon Höreten. JOHAN DAVID MICHAELIS Erklärung der Begräbnis- und Auferstehungsgeschichte Christi nach den vier Evangelisten pag. 199, 200.

- r) Eck sequenti modo custodibus perceptam angelophaniam explicare conatur: "Da der Text eines Blitzes mit klaren Worten erwähnt, warum wollte man nicht die ganze, vom Himmel herab sich äussernde Erscheinung, durch einen herabfahrenden Blitz erklären? Nimmt man ein solches Phänomen an, so wird sogleich auch der Ausdruck erklärbar: "Der Engel setzte sich auf dem Stein." Der Blitz traf ihn nämlich und hernach zeigte sich auf demselben eine Flamme, so wie es oft der Fall ist, wenn der Blitz Z. B. einen Wetterableiter berührt." *Versuch die Wundergeschichten des Neuen Testaments aus natürlichen Ursachen zu erklären* p. 152. quæ vero explicatio non multum ad veritatem accedere videtur. Neque melius de angelis, mulieribus sese manifestantibus, eodem loco disputat.

firmislima videntur *r*). Ut enim reliqua omittamus, non credibile ei videtur, insectatores Jesu tantum verbis *r*) ejus tribuisse, ut pro certo & indubio haberent, illam e mortuis resurrecturum esse; quod eo magis ei probatur, quo certius Apostoli Jesu, ne tum quidem, cum jam vacuum sepulcrum observarent, surrexisse illum crederent, potius autem sepulcro ereptum. Dignum est quod hic observetur, hostes Jesu, etiam si de vera ejus resurrectione dubitarent, verbis his propheticis aures tamen adeo attentas præbere potuisse, ut mirum quoddam atque insolitum iisdem inesse arbitrarentur. Sive igitur ex his verbis crediderint, Jesum in vitam esse rediturum *u*), sive hoc dubitantes, id solum fore putaverint, ut Apostoli illum sepulcro erepturi essent atque rumorem sparfuri, eum vere surrexisse; satis causæ ipsis fuisse concedamus necesse est, cur custodiam in horto collocandam a Pilato desiderarent *v*). Quod vero mulieres ad unguendum

r) l. c. p. 855. ss. ubi falso ad totam de custodia narrationem retulit dictum: *Matth.* 28: 15. "καὶ διεφημιδιη ὁ λογος οὐτας παρα Ιουδαίους μεχρι της σημερον"

s) e. c. *Matth.* 12: 39, 40. 16: 1—4. 17: 23. *Joh.* 2: 19.

u) "Die Einwendung, die Jünger Jesu selbst hätten aus diesen Worten seine Auferstehung nicht erwartet, ist sehr nichtig. Der sorgfältige Feind, der auf alles Acht giebt, versteht bisweilen einen Ausdruck richtiger, und schöpft Unruhe darüber, den Freunde wegen eines Vorurtheils nicht verstehen. Wirklich die Worte Jesu waren deutlich genug, und die Jünger verstanden sie nur deswegen nicht, weil sie nicht glaubten, daß Jesus sterben werde, denn er sey Christus und Christus sterbe nicht." MICHAELIS l. c. p. 89.

v) Quantum detrimenti causa ipsorum caperet, si Apostoli corpus ejus furaturi essent ex sepulcro, eumque in vitam revertisse deinde dictitaturi, facillimum sane hostibus Jesu atque doctrinæ ejus oclibus fuit intellectu. *Cir. Tac. Annal.* l. 11. c. 39, 40.

corpus Jesu abierunt, nihil de custodibus ad sepulcrum constitutis, ut videtur, cognitum sibi habentes, non id quidem impedit, quominus excubitores ibi collocati fuerint; facillime enim hujus rei scientia ipsis occulta esse poruit x). Debia itidem quæ RUSSWÜRM quidam contra historiam hanc de custodibus attulit y), fatiscunt, simul atque attendimus, non solum consilium illud eorum exponerentur custodes, verum ipsos etiam, non nisi Phariseis eorumque collegis forsan, innotuisse, qui vero rem istam cum aliis communicare nollent. Nusquam præterea invenimus, complures hujus scientiæ participes fuisse z).

Ulterius angelophaniam de qua disputatur, denegare voluit EICHHORNUS, quod perspicere non valet, cur ea locum obtinerit; quid autem hujusmodi argumentatio valeat, in præcedentibus iam paucis disserimus. Eo usque nunquam

x) "Wahrscheinlicher Weise wußten die Weiber freilich von den Wächtern nichts, die erst nach Sonnenuntergang bey bereits angebrochenem Sabbath von Pilato gefordert wurden, also erst nach völlig eingebrochener Finsterniß, und da die Weiber schon längflens wieder in der Stadt waren, beyrn Grabe ankommen. Ein Posten von 4 Mann, ausserhalb der Stadt in einen Garten gesetzt, wird in einer Stadt, wie Jerusalem, das im Osterfest wol eine Million Menschen enthielt, wenig Aufsehen machen, und es ist nicht zu verwundern, wenn die Weiber den ganzen Sabbath hindurch nichts davon erfahren." MICHAELIS l. c. p. 94.

y) *Theologische Monatschrift für das Jahr 1801.* I. Band. pag. 414—31. Herausgegeben von D. JOH. CHRISTIAN WILH. AUGUSTI.

z) Minime tamen reticendum est, multa & solide, & argute a viris eruditissimis disputata esse, quibus authentia hujus de custodia loci impugnatur. Nos autem critici munere heic non fungimur. Argumenta eminentissima recensuit & critice examinavit celeberr. atque max. rever. Dominus *Præses Dissertatione Theologico-critica in Matth. XXVII; 62 ss. XXVIII; 4. 11—15. Anno 1796 edita.*

patiatur homo superbiam exultare, ut improbus obliviscatur, se arcis limitibus esse circumscriptum, omnique intellectus acumine, rerum gravisissimarum multarum notitiam exiguam duntaxat conquirere posse. Quis unquam existit qui profiteretur, se non solum causas omnium in mundo hoc visibili eventuum explorasse, verum & consequentia eorum indagasse? Nonne multo difficilius rerum invisibilium scientia paratur. Sole & pluvia e terra eliciuntur flores & gramina; quod si cæcus ea intuendi facultate non gaudet, an propterea nulla calori & aquæ inest vis procreandi? Nisi statim in oculos incurrit quod ex quoque phænomeno sequitur, ergone totum hoc phænomenon omnino non fuisse, contendendum? Vel, num ideo negari possunt res ante oculos accidentes, quod, *cur* existant, ignotum est? Non sane ea de causa Angelophaniam hanc rejicere potest quisquam, quod explicare sibi nequit, cur apparuerint angeli: in rebus enim extra nostram hanc consuetudinem positis, cæco valde similis est homo. Sed tamen in harum etiam rerum causâs inquirere semper potest quisque, immo vero debet; non autem quemquam decet nimia fiducia dictitare, se veras explorasse, quas non nisi conjiciendo captaverit. Cur mulieribus potissimum contigerit angelos videre, ejus sane causam nos explicare & revelare non possumus; certum autem est, hanc apparitionem, neque Apostolis, neque alii cuiquam sectatorum Jesu, majus vel solatium, vel gaudium efficere potuisse, quam his iisdem mulieribus, dolore intimo affectis. Neque taceamus, videri nobis eo leniter objectum esse Apostolis de exigua illorum fide, quod ipsis datum non esset Angelophaniæ hujusce participes fieri & ex ore Angelorum, resurrexisse Jesum, comperire. Ita duo illi, qui verius Emmaumentem pergebant, in itinere reprehendebantur aa).

Angelophania igitur hac, ex argumentis jam allatis denegata atque rejecta, restat demum EICCHORNIO explicare,

aa) Luc. 24: 23. 26.

quid re vera fuerit visto mulieribus oblata. Magna itaque fiducia disputat in eam sententiam, ut nihil veritatis continere potuerit, sed tota quanta fuerit fervidæ imaginationis factus. Eo veriorem hanc explicandi rationem censet, quo certius constat, mulieres summo mane ad sepulcrum abiisse, vestes candidas crepusculo adspexisse atque de cetero, recordationis Jesu animos ipsarum plenissimos fuisse. Non putat fieri potuisse, quin crepusculi ipsius ambigua lux, sepulcri obscuritas, Jesuque deinortui & mœsta, & meticulosa cogitatio horrore mulieres perfunderet, unde minime mirandum putat, lintea illa alba, in angelos candidis vestibus indutos, phantasiæ lusu commutata fuisse. Singulare sane hoc est exegeleos ejus exemplum. Nam eadem interpretatione panni funebres in sepulcro depositi, non solum specie angelorum donantur, verum etiam loquendi facultate, qua dolentes consolantur, resurrectionem Jesu nuntiant, & consilium ejus, suos in Galilæa conveniendi, detegunt. Hæc ipsa apparitio acceptusque nuntius timorem illum, cum lætitia mixtum, in animis mulierum excitabat *bb)*, minime vero inane illud sepulcrum. Quod enim suspicaretur, corpus Jesu hominum studio & manibus surreptum esse, adeo tristitia & dolore angebatur Maria, ut sui vix conscia, apparentem sibi Jesum agnoscere non posset; quod autem de resuscitato ex morte Jesu, comperirent, promissumque conventus in Galilæa gratisimi audirent, gaudio mulieres afficiebantur quam maximo. Phantasma solum hic fuisse, id etiam impedit, quod phantasia mulierum in res hujusmodi minime fuerit intenta. Angelos vident; an angelos erant meditatæ? resurrectionem Jesu audiunt; an resurrecturum expectaverant? Jesum amicos in Galilæa conventurum esse comperiunt; quomodo vel remotissima cogitatio hujus in Galilæa conventus, in mentem mulierum descendere poterat? Ulterius, neque omnes simul ad sepulcrum progrediuntur,

bb) Matth. 28: 8.

tur, neque juxta ipsum se invicem offendunt, nihilo autem minus idem & vident omnes, & audiunt. An igitur rei magis conveniat, pannos in sepulcro relictos in angelos commutare, quam veros angelos, de quibus uno ore Evangelistæ adseverant, assumere, probe considerato! *cc*)

Restat jam ut paucis eam pugnam attingamus, quæ esse videtur inter diversas Evangelistarum de angelophantia hac, narrationes. Matthæus & Marcus, unum tantum angelum se spectandum præbuisse, affirmant, Lucas autem atque Johannes duos angelos commemorant. Hæcce conciliandi rationem, quæ cel. PAULO probatur, non omnino sufficientem judicamus *dd*). Ex ejus namque sententia non omnes mulieres in sepulcro constiterunt, donec omnia ibi visenda perlustrassent, sed earum timidissimæ, postquam unum solum ange-

3

cc) Quod cel. PAULUS de Jesu apparitione dicit, id etiam ad apparitionem angelorum commode referri potest. 'Es sind zwar Frauen, welche zuerst vom Wiedererstandenen Jesus hören: eine Frau, eine ehemals Nervenranke Frau ist, die ihn zuerst sieht; auch sind es nur Anhänger von ihm, die ihn je sahen. Aber diese Frauen, diese Jünger *sehen was sie gar nicht erwarteten*. Wenn man erst an sichtbar werdende Körperauferstehungen denkt, so kann man wohl plötzlich auch einen solchen Auferstandenen zu sehen meinen, s. bey *Matth. 27: 53*. So aber hier nicht. Zwey der verständigsten Lehranhänger Jesu hatten ihn so zu Grabe gebracht, das man wohl sieht: sie glaubten ihm den letzten Liebesdienst zu erweisen. Die Frauen hatten, gewohnt zu Dienstleistungen gegen Jesus, der eilenden Bestattung zusehen. Mit den Geräthschaften ihren Todten einzubalsmieren, gehen sie, da der Sabbat vorbey ist, aus, um die Bestattung zu vollenden. Wo konnte hier in ihrer Phantasie nur die entfernteste Vorstellung liegen, ihn jetzt nicht zu finden, Engel von seinem wiederbelebteyn reden zu hören, ihn selbst zu sehen?' l. c. p. 844—5.

dd) loco sæpius citato p. 845.

lum adspexissent, aufugerunt. Sed vero Matthæus *ee*) Mariæ Magdalenaë solum atque alterius Mariæ mentionem injicit; pariterque Marcus *ff*), eo tantum discrimine, quod etiam Salomen commemoret hic, præter istas a Matthæo nominatas. Cum igitur, ut apud Johannem existat *gg*), jam antequam ad sepulcrum pervenisset, recurreret Maria Magdalena ad dilectum hunc Jesu discipulum Petrumque, una solum, altera Maria, secundum Matthæum ad sepulcrum remansisset: plures tamen reapse, Magdalena posteriores, ibi fuisse, ex narratione ejus liquet, quoniam numero plurali utitur. Nihil itaque rei magis consentire videtur, quam ut Salome, de qua loquitur Marcus, ad sepulcrum mane abierit & pervenerit una cum altera illa Maria apud Matthæum, quamvis hic nomen ejus omiserit; unde utrumque Evangelistam sic easdem personas intelligere, sequitur. Ambæ hæ mulieres, & altera Maria & Salome, in sepulcrum descendunt, & utraque unum angelum observat. Neutram ipsarum prius abiisse, exinde etiam videtur, quod utramque alloquatur angelus; quare igitur PAULI hypothesis, pavidissimas mox aufugisse, non valere videtur. ROSENMÜLLER autem ita rem explicat *hh*) ut putet, unum tantum angelum ideo a Matthæo & Marco commemorari, quod unus tantum verba fecisset, cui explanationi neque MICHAELIS assentitur *ii*): si enim duo apparuissent, certe duorum etiam facta fuisset mentio. Lucas *kk*) vicissim, non solum eas mulieres

ee) Matth. 28: 1.

ff) Marc. 16: 1.

gg) Joh. 20: 2.

hh) Scholia in Nov. Testam. Tom. I: s. p. 548.

ii) l. s. c. p. 142.

kk) Luc. 24: 10.

nominat quas etiam Matthæus & Marcus, sed & præter has, Joannam & "reliquas" cum illis, quæ omnes duos angelos adspiciunt. Ita etiam Johannes II), Mariam Magdalenam duos vidisse, narrat. Quomodo igitur diversæ hæ narrationes inter se conciliandæ sunt? Ita sine dubio, ut Maria Jacobi & Salome, quæ primæ ad sepulcrum venissent, unum modo angelum (ut custodes quoque unum observarunt), ea de causa viderint, quod unus solum adesset; cum autem reliquæ mulieres serius adventarent, Maria Magdalena, inquam, & Joana και αἱ λοιπαι apud Locam, duos vident angelos, quoniam duo jam aderant. Facili igitur negotio perspici potest, quare Matthæus & Marcus unum tantum commemorent, Lucas vero & Johannes duos; ex diversis enim personis suam acceperunt historiam. Lucas quidem dicit, Mariam Jacobi inter ipsas fuisse quæ dicerent, duos se vidisse, ejus autem heic est, non, quot angeli apparuerint, referre, sed, quid audierint ex illis mulieres, ostendere; cumque præterea plurimæ ipsarum duos vidissent, ut Maria Magdalena, Joana και αἱ λοιπαι, non necessarium existimavit, illam ex ceterarum numero excipere & nominatim docere, illam unum tantum vidisse angelum.

II) Joh. 20: 12.

